



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Patientiam & Vegam à pleuritide. 241 & 245

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

se tumorem & valere mamillam
persensit. Quę anno deinde secu-
lari Romam profecta, grati ani-
mi tabulam argēteam, cum qua-
tuor cereis ad eius sepulcrum de-
posuit.

240 Item mēse Nouēbri Fran-
ciscus Blasius, vir Nolæ nobilis,
quòd præter grauissimas capitis
stomachi que iniurias, feбри pesti-
lente vreretur, metum imminen-
tis periculi medicis incussit. Quę
Zenobia Tolsia mater hortata
est, capiti ægro ipsa IGNATIA-
NI cineris iniiceret, eiusque sub-
sidiū postularet. Paruit monenti
Blasius, seque facilè omnibus
morbi incommodis exemit.

241 Lecci in prouincia Apulia,
pleuritis cum acutissimo sensu
ancillam inceserat; cui Patien-
tia nomen & liberalis apud An-
toninam Cybellam seruitus erat.
Iam propè ceu morituræ fune-

bria parari cœpta : cum interim reliquæ inferuntur, quas dixi; & illa mox sopore corripitur, pertinaci prius insomnia vexata. Ibi per quietem I G N A T I V S coram adstitit, sacerdotali ornatu conspicuus; atque ei, filia, inquit, fide D E O: & conualuisti. Inter quæ verba comperit fœmina ægritudine se morboque perfunctam.

242 Ibidem improvida nutrix alumnulū sibi sinu excidere passa, graue puerulo nocumentum attrulit: quod deinde ipso rei silentio detrimētosis factum; metuente, si casum proderet, ancilla. Crus quippe dexteri pedis, vitium fecerat. Quo denique patefacto, necesse habuit pater (is dynasta Beglibonis erat) ex medicorum consilio, aliquoties pueruli genu incidere. Quod cum iteratò tentatum absque profectu fuisset; iamque

iam
chi
tie
vul
fic
me
Co
Ic
id
Su
in
Se
qu
of
pu
2
tes
str
in
pe
pe
no
T
ce